



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

De Septimo Præcepto, Non Fvrtvm Facies.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

quam prohiberi omnes intelligunt. Addit autem Christus
rationem Matth. 5. quæ ostendit non tantum externa delicta
adibet, sed etiam prauam inclinationem, & vagos ac errantes mo-
contra hoc præceptum. Ut autem supra dictum est, prohibitioni
includi quasdam affirmaciones: ita & hic obserues sancti & con-
tra legitimum coniugium. Quia hac lege munitur, quæ & con-
cubituem conjugalem approbat, & contra damnat omnem concu-
biun extra legitimum coniugium, ac minitatur penas in hac vita,
eternos cruciatos post hanc vitam. Sicut epistola ad Hebreos di-
munt: Scortatores & adulteros iudicabit Deus. Item, Ephes. 5. Om-
nis fornicator aut contaminatus non habet hereditatem in regno
Christi & Dei, propter haec enim venit ira Dei super inobedientes.
Dixi autem muniri coniugium his legibus, quia etiam cum mundus
non patitur adulteria, aut alias libidines, tamen Deus punit, nec finit
irritus esse suas comminationes. Sicut exempla omnium peccatum
offendit, etiam non scripta. Quædam vero Deus scribi voluit, ut de
regulis nos adhuc nescirent. Deinde vere traxi omnibus pollutis, & vel da-
re regulae resipiscentes, ut David castigatus est: vel prorsus de-
lere nos resipiscentes, ut defera sunt Sodoma. Nec tantum urbes illæ
quæ propter hanc causam defera sunt, sed multis alijs exitio fue-
runt libidines omnis generis, ut omnibus Græcis ciuitatibus, The-
bæ, Athenis, Sparte. Nec tantum Troia propter adulterium punita
sed plurimi reges tragicis casibus interierunt propter libidines,
Aegiphilus, Clytemnestra, Macedonici reges fere omnes, Arche-
los, Philippus, Alexander, Demetrius, Ptolemæi, Cæsares plurimi.
Sed etiam ingentibus bellis regna mutata sunt propter hanc cau-
sum, utere tota tribus Beniamin defera est propter stupratam uxori
Levi. Haec exempla intueamur, & ad comminationes diuinæ
conferamus, nosq; excitemus ad obedienciam in hoc præcepto, ac re-
pugnemus illicitis flammis, Virtutes hic requiruntur, Pudicitia, seu
Cæsars, seu Continentia, Verecundia, Temperantia, Sobrietas. Nam
Temperantia tueri Pudicitiam nemo potest.

DE SEPTIMO PRÆCEPTO,

NON FVRTVM FACIES.

Et hic primum affirmativa requirenda est: Sanctur enim Domini
norum distinctio, quam haec ipsa vox præcepti testatur, ordinatio
Drei esse. Quia enim prohibet furtæ, vult singulos tenere res
suae. Hoc testimonio refutentur delitia fanaticorum hominum, qui
negos & perniciose errore contendunt, in Euangeliō tolli rerum
proprietatem. Deinde & prohibitio obseruanda est, ne aliena appe-
d
tamus.

396 EXPOSITIO VIII. IX. ET X. PRAEC.
tamus. Et quia contractus diuinatus instituti sunt, ut homines inter
se mutuis officijs declarant obedientiam suam erga Deum, pie & san-
cte exercendi sunt. Nam & iniusticiam in contractibus puniatur Deus,
non solum pœnis magistratum, sed etiam alijs cladiis, viisque
Iesaias, Væ prædanti, quia viciſſim spoliaberis. Deut. 25. Pausa
iustum habetas, ut longo tempore viuas. Et experientia compone
visitatam regulam, Male parta, male dilabuntur. Contine hanc
multas virtutes pugnantes cum avaricia, ignavia, prodigalitate,
licet iusticiam in contractibus, liberalitatem, sedulitatem, pauci-
tiam. Quia ignavi & prodigi omnes sunt fures, nisi enim eximi
rapiant, non possunt suum otium & sumptus tolerare.

D E OCTAVO PRÆCEPTO.
NON DICAS FALSVM TESTIMONIVM.

H AEC Lex munit iudicia & pacta, & continet virtutem omni-
pulcerissimam, Veritatem, cuius veritas latissime patet in codi-
nis, in iudicij, in pactis, in conuersatione. Violant enim hoc pre-
ceptum omnes corruptelæ doctrinarum, quæ sunt fraude, au-
planta ingeniorum, omnes calumniæ forentes, omnes elusiones ha-
ſe negotiorum seu sophismata, omnes qui hypocriti sua infiducias
alijs, & non ingenuo offendunt quod sentiunt, & qualis sit error.
Hæc quam late pateant in vita, diligenter considerandum est, res
& acriter odisse sophisticam discamus.

D E NONO ET DECIMO
PRÆCEPTO.

N O N V M & Decimum addant declarationem, vt sciamus Legi
Dei non solum de externis operibus præcipi, sed accusari
damnari etiam vitium hærens in hac depravata hominum natura,
quod vocant concupiscentiam. Non enim tantum damnat hæc vi-
nos affectus, ad quos accedit Consensus, vt vocant, sed etiam ipsa
prauam inclinationem, quæ est perpetua quædam auerſio à Deo, &
contumacia repugnans Legi Dei, & gignit infinitam confusione
petitionum, etiamsi non semper accedit consensus. De hoc præcep-
timo inquit Paulus: Sensus catnis inimicitia est aduersus Deum.
Legi enim Dei nec subiectitur, nec subiecti potest. Nec leue malum
telligatur inimicitia aduersus Deum, multas enim pestes comple-
tur, dubitationes de Deo, auerſionem à Deo, tremulum aduersio-
num cum punimur. Deinde vagos & errantes motus infinitos
Legem Dei, scilicet confidentiam propriæ sapientie aut virium